


π c
1679





II c
1679



COMEDIA NOVA CHR-
 ISTOPHORI HEGENDO
 RFFINI, SALIBVS NON
 OMNINO INSVLSIS RE
 FERTISSIMA LIPSIE NO
 N RARO IN DOCTISSI
 MORVM VIRORVM
 CORONA ACTA.

♦ ♦ ♦

¶ EPIGRAMMAEIVS
 dem ad nobilis ingenii adoles-
 centem Georgium Salicetum.

¶ EPIGRAMMA MAGIS-
 tri Noueniani iuuenis triū ling-
 uarum studiosissimi.

BIBLIOTHECA
 PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 HALLE
 (SAALE)

VALENTINVS SCHVMANNVS
LECTORI. S: D.

¶ **NUM VIDES** quæ foelici auspicio omnia cadant,
nouis typis, Comediam nouam, in lucem spargimus
Comediã in quæ lepore comico nõ omnino cõtēnēdã,
quã cū legeris quisquis es nõ velim *μυκτηρίζειν*, vt semp
alienis laboribus ifestiores sumus, incipias, sed et rē et
authorē sūmo studio amplectere, Oĩa conat̃ Chrī; nos
ter, adolefcēs xx ānos natus, mlt̃a conaturus si mō nõ
herbescētē igenii segetē, obtrectaciōis lolio stāgulare
pergas. Vale & nos & Christophorū nostrū, ama.

¶ **GEORGIUS KNAVERIVS**
Heliorus doctoris Caspari Kegellerii
Medici discipulus Candidum
lectorē extemporario epi-
grammate conuenit.

En noua crede venit Comēdia more vetusto
Quam tibi fatales supposuere deę
Fabula succedit celebris tibi palliatorum
Quæ ritus græcos exprimit ecce tibi
Exprimit ecce tibi focco præcandide lector
Quod Tragicus mæstis differit ipse sonis
Hec canit iratū: fateor: tumidūq; Chremetem
Hec canit & Dauus, quidue loquatur herus
Fem̃a qd possit, Seruus, qd & ignis amantū
Quid possit iuuenis decrepituq; senex
Si cupis auctorē qui Comica tã bene tractet
Est Iuuenis doctus: moribus ingenuis
Is tibi sic placeat quæ res precor optime lector
Comica, sic multo secreciora dabit.

¶ ARGUMENTVM

Carmine conscriptum.

Cheremon pueros matre gemellulos
Eduxit valido valde subarserat
Igni alter / grauidat dehinc muliercule
Aluum / q̄ tenerum nixa puellulum
Obtrudit variis fraudibus / alteri
Qui prorsus fuerat criminis inscius
Sic nostre dabitur copia fabule

τελος

¶ PERSONE SVNT.

- ¶ Phylothimi duo adolescentes
¶ Cheremon senex ¶ Thays meretrix
¶ Syrus Seruus ¶ Mysis ¶ Anus.

¶ ACTVS PRIMI scena prima.

- ¶ Cheremon & filius alter bonę frugis de filio
perdito colloquuntur.

¶ CHEREMON.

¶ HEVS filii eodem scitis / vos ouo prognatos con
cordia mutua viuatis volo PHYLO: Quantum ad
me attinet / sedulo curabo ne fratris amicitia disrūpat̄
sed nescio quid alter factururus sit / qui ad litem parati
or est CHERE: non est q̄ quippiã timeas ne turbas
excitet ego modo vitã det Iupiter, videbo ferociam
illius cōstringere possim PHYLO: nō dubito quin
possis. dū tecū est ne Gry. qdē facere audet / verū dū
abes / nouū quēdam hominē videas, sed eccum illum
lupus est in fabula CHERE: veniat modo / rogabo

A ii


gradum refert, verum filius Syri serui adiutus opera,
senem deludit. Phylo: Syrus.

¶ CHEREMON.

¶ QUID v̄o ita vociferaris furcifer? En diu abfui?
quo tue ferocię locū dares, o quot baculis tuum cō-
minuam caput sed heus tu cur ita vociferaris PHY:
in more nescio quo pacto habeo inter ī ambulandū
cātilenas milesias ediscere, quare vociferacione vten-
dum est CHERE: o quam citius pecuniarū te inopē
quis reperiut quā sutelarum, quibus me miserū senē
circumuenis PHY: non per Iouem / si mihi nō cre-
dis pater, ex seruo hoc ipsum percunctare CHERE:
tam bonus est seruus quā tu, sed quid obstat periculū
facere heus Syre. SYR: ecquis vocat, en herus est nō
preuiderā CHERE: heus Syre cur filius me abeunte
tantope vociferabatur? vereor vereor ne ita me nau-
cifaciat SYR: nō per Iouē Canciones quasdam edis-
cere solet, quibus / vt & tu scis / vociferacione opus
est PHYLO: audin pater q̄ per omnia subsistamus
oratione? quā nihil hic fūco demus CHERE: Mutu-
um est / nimis vireor testimoniū / nam fur, furē, malus
malum, iuuare solet PHY: non mi pater nō te cōtem-
nimus, sed eccā mi Syre anū dii eam perdant, quid
vult / Res ad triarios rediit, llicet perymus SYR: huic
rei remediū afferam CHEREmō quid ita mussitatis
furciferi? PHYLO: nihil per Iouem vbi amatoriā
quādā cantileā reliquisset q̄siui CHERE: O q̄ mox
vellem? sed o Iupiter Anus hec qd vult? vnde se p-
ripit? PHY: quid ita desipis pater, est auia nostra

CHE: Auia? quid hoc dicere est: nisi nihil esse extra
 olcam, & nihil in nuce duri PHY: si mihi non fidem
 astrigis, a seruo id peruestigas / licebit CHE: a seruo
 id puestigem? Quasi vero non mutuo testimonio alē
 alterius fraudes oppalliet PHY: non per Herculem
 nihil hic offuciarū, aperta tecū agimus frōte. In litho-
 miā cicius abituri, quā vt et i fraudes iestamus CHE:
 Et credite, tu & seruus i lapidianā abibitis si vllos do-
 los vos machiari sensero, Ego abeo vos valete.

¶ CHORVS.



Res sic bella quadrat nimis
 Dū natos genitor viuere proh finit
 Pro voto dolor ah suo
 Nauci tunc faciant, seuius intonat
 Si quando patruos sapit
 Pater, dū sobolis crimina pdeunt
 Omnis ne / nimium timet
 In patris / decet vt / culpa recursitet
 Nunc quare memores simul
 Sic quisq; pueros iure coercet
 Ne noxe nimium sient
 Patris, tūq; domus nubila maxima

¶ ACTVS QVARTI scena quarta.

¶ AGIT PHYLO: cum seruo, patrē iratū / sedare
 velit, interim anus intempestiuū aduentū deplorat.

¶ PHYLO: ANVS, seruus

PHYLO:

¶ O QVAM infelici auspicio te huc cōtuleras ani-
la nisi nos arte pelasgi instructi fuissetus, pater om-
nem rem rescuisset An: ego non putabam eum tam
sine cerebro caput gestare PHY: hoc nihil est demo-
nem dices si quādo vere iniram spumarit, sed vnde
te huc profers An: Thays iussit, ad te irem ad se vt in
tempore venires PHY: Quā primū possum veniam
faciā periculum an pater euestigio domū rediturus
sit, Nā subinde solet simulare quasi diu domo abesse
velit, & cicius dicto domūredit Anu: seruus tuus sat
scio facile technam excogitabit, qua furentē fraudat
Sy: abi saltem videbo quo ira accēsum senem tā pac-
tatū reddam quam ouē. Phylo: Si hoc feceris nō vn-
q̄ tibi tuisq̄ rebus deesse volo Sy: faciā omnia sedulo

¶ ACTVS QVINTI scena quinta.

¶ DVM ANVS tam diu abest / conqueritur thais
de amatorum inconstantia.

THAYS.

¶ O QVAM stultum est adolescentulorū verbis
credere / abiit Phylotimus, ad me nō rediit, O quam
infortunio infortunatior sum, nēpe que ex eo suscepi
& iam veluti Theseus ille sceleratus Ariadnen in ne-
mus auctā destituit / sic ego misera a Phylotimo de-
ludor, non tam Euripus tot vicibus idies reciprocat
quā amatorū animus iam huc iam illuc fluctuat. Anis-
mus amatorum vel quouis libripenne a vento circū-

acto incōstantior est. Anus ad Phylotimū accersēdū
iuit & illa remanet, in itinere / credo panico terrore
concidit.


ACTVS SEXTI. scena sexta.

REDIT Phylo: ad Thaydē, rēq; omnē illi ordine
recenset, parturiendi tempus instat, pater rem recistit.

● THAYS ET PHYLO:

SALVE Thays, cur ita mi anie fasillū te maceras
THA: putabā profecto putabam te ex vulgari ama-
torum grege esse / qui si semel cupiditatibus fecit satis
aufugit PHYLO: dii meliora nō potui patri / vt abi-
ret persuadere. Meus ille domi est carnifex, meus ille
est tortor, & parum aberat quin res iam ad restim
rediisset, nisi plusq; Thratio commento ante vertisse
mus. THAYS: O quid hoc monstri erat? PHYLO
cum ego cū patre altercare / Anus ipsa preter opinio-
nem in nostrū sermonem incidit. THAYS: O quid
audio / sed quomodo tandē res abibat. PHYLOTI:
Ego dicebā seni auiam nostram asse / & eū pre Glau-
comia ob oculos offusa, eā agnoscerē n̄ posse. THA:
O factum bene. Oportet enim cū stultis, stulte agere.
PHYLO: quid vero tu agis? THAYS: Nescio qd
agā vterus mihi dolet. PHYLO: dii meliora Thays
THAYS: Timeo ne quid noui affrica pariat. PHY:
dii istud approbent. THAYS: sed nescio quo pacto
oculi lolio victitare videntur. O Anus anus vade ac-
cersitū obstetricē. PHYLO: Tu vale interea. THA:
Ecqd restitas anus? moriar moriar nisi vadas. AN: iā
venit obstetrix. THAYS O Iuno lucina fer opem.

CHORVS.



Nūc bibamus & potamus, dormiamus ac amamus
 Bacchi festa redierūt, nummi nostri perierunt
 Quisq; bibat ac grecur, male tandem quo vestetur
 Cōcurramus ac saltamus Scyphos t̄nos hauriamus
 Nullus absq; amica viuat, ludere q̄ vlt̄ nūmos ponat
 Tempus est in saniendi, tempus erit confitendi
 Ni bibetis aut canetis, in ieiuniū venietis

Dulces amatorculi.

ACTVS SEPTIMI. septima scena.

CHEREMON, audierat muliercule clamorem,
 & filium excurrentem viderat qua propter in suspici
 onem se coniicit, filium cum Thayde rem habuisse.

SERVVS ET CHEREMON.

OME miserū senē, O me calamitate calamitosio=
 rem SY: Ecquid eiulas? arbitror dētes tibi nouos in
 mandibulis emergere, & in te puerbium cadere bis
 pueri senes. CHERE: O quā velim & ego & phylo
 timus ad iferos deiiceremur. SY: qd lybia noui par=
 turiit. CHERE: dū iam forte prētereo domū cuiusdā
 meretricis, phylotimus noster quā potest cōcitatis=
 mo cursu prouolat, & ego restitans mulierē vociferā
 tē audio, Iuno lucina fer opem. SYR: quid ergo fac=
 tum putas? CHERE: quid factum putē? suscepit me=
 B

retrix ex filio, sat scio. SYR: acu rē tetigisti scz. CHE:
Quid ni tetigerim? Anus uero nuper quid volebat.
SY: Ecqđ opus eadē p eadē canere Auia filiorū erat.
CHERE: O quā mentiris, ad meretricem vt veniret
filius, aderat, SYR: vnde id scis, nū ex Tripode A=
pollinis, domū tecū adfers? CHERE: tace carnifex vř
baculum in tuum caput inpingā. SYR: Et ne seui tan
topere mi senex. Omnia in portu sunt, nō est qđ quip=
piam mali cogites, tuā ipsius vmbra times. CHE.
En vbi ergo est filius, cur abest? ipsemet se conscium
fecit. SYR: Vbi sit? forū iam accessit, pisciculos in ce=
nam empturus, CHER: O qđ vereor ne cretises sed
vide ne tibi ipsi technā struas & capra suo ipsius gla=
dio pereat. SIR: Cū quouis agere vellē quam tecum
qui semper, ne coelum ruat, reformidas CHERE: ocis=
issime quesitum Phylotimum. Vade.

ACTVS OCTAVI scena octaua.

SERVVS ad filiū venit iratumqđ senis animum
illi aperit, consiliumqđ capiunt de sene fraudando.

PHILOTIMVS ET SYRVS.

QVO in statu omnia syre, SI: in peiore esse nō pos=
sent PHIL: Dii meliora. SIRV: pater domi lapides
loquitur, rem rescivit omnem, te ex meretricis domo
excurrētem vidit vociferātem mulierē audiuit & in=
dubitanter eā ex te suscepisse credit, PHY: O syre fac
fac nūc tuo consilio mihi adsis, quo hoc malū euadā
SYR: & eo iam te acerfitum. PHY: o mi syre, dic me
nullibi esse. SY: faciam, hoc vero cōsilio, malū depre=

caberis . manibus pedibusq; conabor, quo meretrix
rē in fratretuū reiciat, q; tibi apud patrem sumam in-
uidiā cōflauit? PHY: qui hoc fiat? SYR: q; hoc fiat?
sine me huic rei mederi, omnē mouebo lapidē, in fra-
tris caput omne crimē transferatur. PHY: quid autē
mecū fiet? SYR: dicam te rogatu amicorū, rus profec-
tum esse, & hos dies, vineę colligēde, accomodare co-
actum esse. PHY: ad huc omnia maiora opinione ob-
tingūt, tu fac modo nō a technis tuis elabaris, vt vt se-
uiat pater, tu nihil animo frāgaris. SYR: seuiat quam-
diu velit, Ego veluti lupus nō panico terrore facile cō-
moueor. PHYLO: sed viden? quorsum nam mulier
puerum fert? SY: obstetrix est, fac tu te hinc auferas
ego cum ea estimationē inibo.

ACTVS NONI scena nona.

OBSTETRIX ET SYRVS

QVO cum puero quo? OBSTE. Phylotimo fe-
ram SYR: Phylotimo? cui nā? OBSTE: filio Chere-
monis. SYR: vnde hoc malū accidit. OB: qd hoc ma-
li est. SY: audi obstetrix. quid dicā. OB: lubenter SY
Phylo: qdē vt fateor, puerū hūc ex Thayde sustulit
sed quoniā pater in eum implacabilis est, vt etiā extor-
ris solū vertere cogatur, fac ergo fratri puerū obtru-
das, qui alioqui plurimum Phylotimo molestus esse
solet, Gemellisunt, ne erres, alter alterius vultū refert.
OB: quid ni faciā? modo res foeliciter abeat SY: foeli-
cissime abibit, Tu vade recta per hanc plateam ego
retrosum ibo, ne dolos senex presentiat.


B. ii

ACTVS DECIMI scena decima.

OBSTETRIX CHEREMON PHY-
LOTI: ALTER, SERVVS

SALVE mi Cheremon. **C**HERE: Et tu salve qd
vero portas? **O**BStē: puerum **C**HE: cui nā? **O**BStē:
PHYlotimo huic tuo. **C**HERE: o me miserū senem,
qd malū audio **P**HYlotime tuus hic puer est? **P**HY:
minime genciū, **O**BStē: Thays iussit **P**HYlo: trade-
rem, illū cū se se rem habuisse **C**HEre: o q̄ te dii deeq̄
omēs eradicent, Ego te semp integerrimū & patrios
mores referentē duxi. & iam oīa mādrabulī more suc-
cedere video **P**HY: Erras, temulenta es mulier. **O**B-
STē: temulenta nō sum, nā & oris habitus & statura
in te cōstat. qualis a Thayde designata est **P**HYlo:
tu pol Ebria es mulier **O**BStē: Ebria siue bebria sū,
puerū a me accipe, & ego pensum meū absolui **P**HY:
nomē qd dicebat mihi esse? **O**BStē: **P**HYlotimus
PHYLO: recte narras. quē oris habitū? **O**BStē:
facie rubida, capillis nigris. oculis celsis **P**HY: belle
subsistis oratione **P**HYlo: quā vero staturam? **O**B-
STē: mediocrē **P**HY: omīa hec conueniūt sed deos
deasc̄ testor me Thaidē nunquā hūscē vidisse oculis
OBStē: vñ ergo te tā tuo penicillo deliniauit. **C**HE:
Subtrahe te a me aspectu, oculis itueri te nō possum
Sy: quid rerū agitur, cur tantopere destomacharis
O senex? **C**HEre: ah cur nō seuiam **P**HYloti: hūc tā
probū putavi. vt nihil supra Et iam illi puer oblatus
est **S**Y: At nescis q̄ q̄ summa crispantur equora. pro-
fundiora esse **C**HERE: Id iam experior, meo magno

grādē dotē, accipe habe, THAyde, venite oēs, gratu
lamini sponso, nouēq; nuptē :-



Si semel es nobis hymenēo fēdere iuncta
Si semel es nostro lux bellula capta capistro
Si semel in thalamos subiisti virgo iugales
Si semel es nobis tedē coniuncta iugali

Siue velis nolis me retinere opus est.

P. mag. Phil. Nov. niano
D. MAGISTRO PHILIPPO NOVE

niano Iuueni triū linguarum studiosissimo

Christophorus Hegendorff; S. D.

¶ Cū per hec festa Bachanalia, nō nihil nobis nugari
cōcessum esset, ego vere nugatus sum En Comediam
lusi q̄ Bachanaliū tpm decoro nō inidonea erit, lusus
est festiuus, oīs facessit mordacitas, oīs abhorret scur-
rilitas, q̄cqd agit scenę, vt dicit̄, seruire videmur, Sine
aūt genio aliq̄ in publicū edere, nō stat sentēcia, Quis
nō videt: q̄ pleriq; nos vitiorū Camarinā mouere, ca-
lūniabunt̄, & ad corrūpēda ingenia bonorū iuuenū
Comediā scriptā, obgāniēt. Sed q̄ i tali opiniōe herēt
fallūtur, Alius ē fructus q̄ ex Comediarū lectione des-

metendus venit Nō em̄ tā in speculo hoīm obuersari-
cium facies relucet, q̄ in Comedia tota hūanę vite im-
becillitas veluti in Theatrę p̄ducit̄, Vñ illi toto errāt
coelo q̄ nō nisi morū ^{πανολεθρίαν} ex Comediis depro-
mūt, Et vt esset q̄ illorū ^{αχαλινῶ στόματι} frenū impone-
ret, Tu Philippe vir doctissime cōmode occurrebas
q̄ tua grauitate, tua eloquēcia, impudenciā quorundā
^{μωροσόφωγ} coerceres, Id qđ, q̄ i nos es aīo, p̄culdubio
reddes, Exptus enī sū te mihi Patroclo alterū Achillē
obtigisse, Aequum fuisset maiora sub tuo nomine
edere, sed curta nostra suppellex non sinebat Accipe
qcqd dat̄ maiora domi iā adornamus Vale foeliciter.

PHILIPPI NOVENIANI SOMNIVM
de Christophoro Hegēdorffino iuvene vt om-
nium artium ita linguarū studiosissimo.

Ecce meos mollis diffusus somnus in artus,
Curas lenibat nocte silente graues.

Ipsē mihi viridi visus tunc ire sub aruo,

Dextræ coniunctus, Delphice Apollo, tuę.

Sic me per sylvas musis comitantibus altas,

Ducebat docta, Phoebus Apollo, manu.

Hic vbi, verticibus geminis ad sydera montem

Protensum, fontis pelluit vnda sacri.

Magna Poetarum videbatur concio circum

Quos mihi tūc sancta, mōstrat Apollo manu.

Atq̄ aurem vellens dictis me affatur amicis,
In tales soluens ora diserta modos,
Nonne vides iuuenis, sacrata vt concio vatū
Stet festa lauro, tempora cincta, gerens.
Fronibus & volucrū cōcentibus arua pererrat
Dulcia, & ambrosia victitet illa sacra.
Aeternaq̄ pio lætetur nomine turba,
Perpetuo volitans docta per ora virum,
Crede tuus fido qui perstat pectore semper
Christoporus socium huc cōferet ipse latus
Cumq̄ his eterno gaudebit nomine lætus
Incedet claris iunctus amore viris.
Ipsū nempe suę tendit coniungere turbę
Vergilius, latii gloria prima, soli.
Ac simili studio Graium iunxisse popello,
Mæonides curat, Pieriusq̄ chorus,
Nam ludit modulis doctissima carmina miris.
Versurus varium non sine laude genus.
Etiam dissoluet, quę promet plurima, iamq̄
Constringet pedibus scripta beata, suis,
Dixit, & euanuit, somnoq̄ per ima solutus
Reddebam officiis forcia membra meis.

τελος

Mentem foelicem ostendens in corpore pulchro

Rite quadrare, docet sepius istud item

Quare animum fortem sumes terrore carentem

Aonioq; nouus puluere miles ades

βαλλ' οντωσ, Pallas gremio te sustinet ipsa

Atq; operam adiungit, turba nouena parem

Es exoletus minus intractabilis atq;

Namq; alacer quoquo, forte traharis, ibis

Perge igitur μουσαίωσ ἀμὰ τε χάρισι τε θύεσθαι:

Sera tuum nomen posteritasq; canet.

τελοσ

¶ Lipsiæ ex ædibus Valentini Schumann

Anno domini Millesimo quins

gentesimo vigesimo.

Atlas non ego sum, nō sum Polyphemus & ingens,
Non me quid taceam? barbara terra tulit



Christophorus dicor, coeli terreque poetam
(Res magna) hiis humeris per vada salsa tuli.

QK II. 1679



Christophorus deo, coeli iurisy potam
ces magnas hie humeris per vada flis tam




Pon IIc 1679, Bk

f

ULB Halle 3
004 592 514







34,92

B. M.

II c
1679



COMEDIA NOVA CHR-
 ISTOPHORI HEGENDO
 RFFINI, SALIBVS NON
 OMNINO INSVLSIS RE
 FERTISSIMA LIPSIE NO
 N RARO IN DOCTISSI
 MORVM VIRORVM
 CORONA ACTA.

¶ EPIGRAMMAEIVS
 dem ad nobilis ingenii adoles-
 centem Georgium Salicetum.

¶ EPIGRAMMA MAGIS-
 tri Noueniani iuuenis triū ling-
 uarum studiosissimi.



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

